



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

XXXI. Markgraf Otto bestätigt dem Domstift die von Albert und Conrad  
Balien erhaltenen Besitzungen in Rahrstädt, am 20. Septbr. 1247.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

Heinricus episcopus, Heinricus de nowen et magister Rogerus, canonici stendalenses, Fridericus et Ludolfus, capellani. Actum anno dominice incarnationis millesimo CC°. XXXVI°. Datum Tangermunde in viridario juxta capellam, mense julio, undecimo Kalendas augusti.

**XXXI.** Markgraf Otto bestätigt dem Domstift die von Albert und Conrad Valien erhaltenen Besitzungen in Nahrstädt, am 30. Septbr. 1247.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto dei gracia Marchio Brandenburgensis, — declaramus, quod quidam fideles nostri Albertus et Conradus fratres dicti valien, milites, prefatis Stendaligenſis ecclesie Canonice de nostro bene placito pariter et consensu venderunt pro sexaginta marcis argenti de proprietate sua, quam habebant in villa Nordstede, septem Mansos proprietatis titulo pariter cum aduocacia, sicut et ipsi fideles nostri eosdem mansos habebant, ab ipsa ecclesia in antea perpetuo possidendos. De quibus uidelicet septem mansis, septimo eorum inter Cottatof diuiso,\*) solvuntur Annuatim septem chori filiginis, sex sexagene ouorum et due sexagene pullorum insuper et talentum unum denariorum in censu. Ne igitur super hac emptione simul et assensu nostro cavillosa queat processu temporis rimula inueniri, presentem paginam super eo conscriptam Sigilli nostri fecimus appensionibus insigniri, nos ipsos in huius facti testimonium trahentes, una cum fidelibus nostris Wilkino de Tornowe, Gerardo de Kercow, Wasmodo de hekelingen, Alberto de bentvelde, Bernardo de Nordste, Johanne de luderiz, Alberone et Waltero curie nostre Marscalcis, militibus, Johanne dicto de vngelingen tunc aduocato in Tangermunde, Johanne et Heinrico Curie nostre Notariis et aliis quam pluribus tunc presentibus. Acta in Arneburg, Anno incarnationis Domini M°. CC. XLVII. pridie Kal. Octobr. quinte indictionis.

**XXXII.** Paps Innocenz IV. befreiet das Domcapitel von der Verpflichtung, in Folge päpstlicher Provision Personen zu Domherren aufzunehmen, am 18. August 1248.

Innocentius episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Preposito et Capitulo Stendalensis ecclesie, halberstadenſis diocesis, ad Romanam ecclesiam. ut dicitur nullo medio pertinentis, Salutem et apostolicam benedictionem. Cum, sicut asseritis, tres ad mandatum nostrum receperitis in Canonicos et in fratres et alias ecclesia uestra adeo canonicorum numero sit grauata, quod de ipsius prouentibus non possunt commode sustentari; nos uestris precibus inclinati, auctoritate uobis presentium indulgemus, ut de cetero ad receptionem uel prouisionem in beneficiis ecclesiasticis uel pensionibus per litteras apostolicas non teneamini alicuius, nisi de indulgentia huiusmodi expressam faciant mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. Datum lugduni XV. kal. Septembris, pontificatus nostri anno Sexto.

In der Urschrift diuiso.